

KLAUSUR IN LATEINISCH

Blatt 1

Das Märchen von Cupido und Psyche

Es lebten in einer Stadt eine Königin und ein König, die drei Töchter von bedeutender Schönheit hatten. Von diesen dreien war jedoch die jüngste so schön, dass die Menschen in ihr die Göttin Venus persönlich zu sehen glaubten. Ein solch übertriebenes Lob für eine Sterbliche brachte Venus in Rage...

Venus inpatiens indignationis sic secum disserit: „En, rerum naturae prisca
2 parens! En, orbis totius alma Venus, quae cum mortali puella partiaro
maiestatis honore tractor. Nomen meum caelo conditum terrenis sordibus
4 profanatur! Nimirum communi nominis piamto vicariae venerationis
incertum sustinebo et imaginem meam circumferet puella moritura! [...] Sed
6 non adeo gaudens ista, quaecumque est, meos honores usurpabit: iam faxo
huius etiam ipsius illicitae formositatis paeniteat.” Et vocat confestim
8 puerum suum, pinnatum illum et satis temerarium, qui malis suis moribus
contempta disciplina publica, flammis et sagittis armatus, per alienas domos
10 nocte discurrens et omnium matrimonia corrumpens impune committit
tanta flagitia et nihil prorsus boni facit. Hunc, quamquam genuina licentia
12 procacem, verbis quoque insuper stimulat et perducit ad illam civitatem et
Psychen - hoc enim nomine puella nuncupabatur - coram ostendit.
14 Et tota illa perlata de formositatis aemulatione fabula gemens ac fremens
indignatione: „per ego te,” inquit, „maternae caritatis foedera deprecor,
16 per tuae sagittae dulcia vulnera, per flammae istius mellitas uredines,
vindictam tuae parenti, sed plenam tribue et in pulchritudinem contumacem
18 severiter vindica! Idque unum effice: virgo ista amore flagrantissimo
teneatur hominis extremi, quem et dignitatis et patrimonii simul et
20 incolumitatis ipsius Fortuna damnavit, tamque infimi, ut per totum orbem
non inveniat miseriae suae comparem.”

CERTAMEN CAROLINUM 2015

KLAUSUR IN LATEINISCH

Blatt 2

Zeile	
1	inpatiens indignationis: wutentbrannt
1/2	prisca parens: Stammutter
2	almus (+Gen.): (etw.) nährend, (jmdm.) segenspendend partiarius, -a, -um: geteilt, halben
3	tracto: behandeln condo: verbergen
4	profano: entweihen piamentum: Sühnopfer vicariae venerationis incertum: die Ungewissheit wegen der stellvertretenden Verehrung (d.h. die Ungewissheit, die aus der Verehrung beider entsteht)
6	usurpo: an sich reißen faxo: ich werde durchsetzen, dass
7	illicitus, -a, -um: unzulässig, unerlaubt
8	pinnatus, -a, -um: geflügelt
11	genuinus, -a, -um: angeboren
12	procax: frech
13	nuncupo: nennen
14	fabulam perferre: eine Geschichte erzählen aemulatio: Wetteifer, Rivalität
15/16	per (+Akk.): (bei Schwüren) bei...; <i>Achten Sie auf die weit entfernt stehenden Bezugswörter!</i>
16	mellitus, -a, -um: honigsüß uredo: Liebesglut
17	vindicta: Rache
19	patrimonium: Vermögen
20	damno (+Gen.): zum Verlust (von etw.) verurteilen infimi: <i>ergänze</i> hominis